



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 24. Cardinalis S. Floræ, Columna, aliique Papæ jussu in Arcre S. Angelii inclusi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1555.

neque tamen eas inde deducere potuit, eoquod excitato tumultu Petrus Capuanus arcis Præfectus, cum Alemanus de injuria apud ipsum quereretur, portu clauso prohiberet, ne inde exiret.

Postea Cardinalis Sanctæ Floræ Caroli frater per Lattinium, quem a secretis habebat, a Joanne Montorio Comite diploma Civitatis veteris Præfecto inscriptum impetrabat, quo huic injungebatur, ut Alexandrum cum triremibus libere dimitteret. Paruit hisce jussis Præfектus, atque Alexander cum suis triremibus Cajetam, inde vero Neapolin ad Bernardum Mendozam profectus est.

### §. XXIV.

*Cardinalis S. Floræ, Columna, aliisque  
Papæ jussu in Arce S. Angeli  
inclusi.*

Vix summus Pontifex hanc violen-  
tiam per Franciæ Oratorem com-  
pererat, cum illico gravi ira commotus Pallav. n. 8.  
Eg. 9.  
Sanctæ Floræ Cardinali sub severis mi- Belcar. l. 26.  
n. 4.  
nis mandaret, ut triremes quamprimum  
reducendas, & Alemanno restituendas  
curaret: Alexandrum vero citari jussit,  
ut tam audacis facti rationem red-  
deret.

P 3

Hanc



Sæcul. XVI. Hanc Pontificis indignationem non  
A.C. 1555. parum accendebat Cardinalis Caraffa;  


---

quippe is eidem quædam, an vera, vel  
falsa, ignoratur, indicia prodebat cuius-  
dam conspiracyis ab Hispanis in Ponti-  
ficem initæ, atque in Sanct-Floriani  
Camerarii ædibus decretæ. Re comper-  
ta Paulus Papa quantocius eum ad  
se vocari, atque ad arcem S. Angeli ca-  
ptivum abduci jussit, eodemque tempo-  
re Camillus Columna, eoquod hujus  
conspiracyis esset accusatus, custodiæ  
dabatur unacum pluribus eorum, fidis-  
que amicis, qui omnes ad publicos car-  
ceres quæstioni subjiciendi raptaban-  
tur. Insuper Papa Juliano Cæsarino, &  
Ascanio Corneo, qui Cæsari addictissi-  
mi, ac Columnenibus arcta familia jun-  
cti erant, urbe discedere indictis etiam  
pœnis gravissimis inhibuit. Marcus  
quoque Antonius Columna Regni Nea-  
politani Connestabilis, qui ceteros car-  
ceri jamjam mancipatos cernens auffu-  
gerat, coram Papa tanquam supremo  
eius Principe intra decem dierum spa-  
tium sub pœna proscriptionis omnium  
bonorum comparere jubebatur: Joannæ  
vero Arragoniæ ejus Matri, necnon il-  
lius Nurui, ac Filiabus Roma exire in-  
terdictum fuerat: insuper habitis tamen  
hisce mandatis Joanna ab irato Pontifi-  
ce pejora sibi metuens Neapolin ad Ma-  
ritum

Sæc. XVI.  
A.C 1555.

ritum suum secessit. Verum Pontifex hujus fuga tantopere commovebatur, ut Marcum Antonium, ejusque Patrem Ascanium anathemate perculfos Salliano Ducatu, omnibusque, quæ in ditione Ecclesiastica possidebant, bonis spoliareret, eorumque possessionem edito diplomate Joanni Caraffæ Comiti Montorio suo ex fratre Nepoti traderet.

§. XXV.

*Galliarum Rex ad fœdus cum Papa  
ineundūm a Lotharingio Car-  
dinale persuasus.*

Cum unicum Pontifici præsidium in *Pallav. n. 11.*  
Galliarum Rege reliquum esset, hinc *Belcar. l. 17.*  
nonnulli Hannibalem Ruccellajum, cu-*n. 20.*  
ius Ayunculus Joannes Casa ab epistolis Paulo IV. erat, ad Henricum II. allegabant, qui eum de tota rei serie edoceret, illumque ad fœdus cum Pontifice percutiendum sollicitaret. Id cum in Senatu ad deliberandum proponeatur, Annas Montmorentius Connestabilis sese vehementer huic armorum societati tanquam Regno perniciose opponebat, ac longe utilius censebat cum Cæsare, ac Philippo pacem jam dum agitatam tandem concludere. Hoc idem consilium Cardinalis Turnonius gravioribus adhuc rationibus fulciebat,

P 4 asseve-